Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25958
Copyright: Admont, Benediktinerstift



ni succurrere disponens homo fieri uoluit. omnes qui eandem gratiam
in spiritu sancto preuidere meruerunt. eam utpote mediatricem eiusdem gratie non
tacuerunt. sed dictis et scriptis dignitatis excellentiam multis in lo
cis mystice prefigurauerunt et extulerunt. Ex quibus unus specialiter
electus scilicet propheta domini dauid preuidens in spiritu sancto qualis eadem bea
ta uirgo futura esset longe ante quam nasceretur. eam in quodam loco psal
s s mi septuagesimi septimi presignauit dicens. Et edificauit sicut uni
s s corniuum sanctificium suum in terra quam fundauit in secula. Quod dixit. et
edificauit. in hoc personam et opus dei patris quod mirabiliter et ineffabiliter
in eadem beata uirgine operatus est satis conuenienter expressit. Ipsa enim fuit
terra illa terra nobilis et benedicta. in qua uere deus pater sanctificium suum
edificauit. Sanctificium illud. erat spiritus et anima illius quam ab ipso na
tiuitatis eius primordio. mirabili uirtutum structura. inestimabili cas
titatis et mundicie sanctimonia in locum habitationis sue deus pater mira
biliter composuit decenter ornauit et sanctificauit. Sed quomodo edificauit illud.
Sicut unicorniuum. hoc est singularis gloria dignitatis ornatum. quia sicut
sola sine exemplo singularis fuit in nouo et in audito quo deo se consecra
uit castitatis uoto. sic singularem dignitatem habet in presenti seculo et in
futuro. Singularem quidem dignitatem acceperat. quia post deum talis homo
non erat. neque futurus erit. Nam sicut fecit quod ante eam nunquam femina
fecerat. sic datum est ei quod ante eam uel post eam nunquam femina acceperat.
nec acceptura erit. scilicet ut et uirgo et mater. et non modo mater ho
minis. sed mater dei et hominis fieret. ut uirgo filium procrearet. materque
uirgo permaneret. Sic utique sano fidei intellectu intelligere possumus
quod dixit. et edificauit sicut unicorniuum sanctificium suum in terra quam fun
dauit in secula. Iam uero uideamus. quomodo terram illam. beatam scilicet MA
RIA os fundauerit in secula. Fundamentum nominari solet. quod sur
gentem in altum edificii molem firmat et sustentat. Hoc utique aptis
sime conuenit excellentie eiusdem domine nostre. ipsa enim est fundamentum